



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XLII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

C A P V T  
X L I I .

L O C I P R A E C I P V I .

I.

**E**xemplum Regule, Utaris medijs à Deo or-  
dinatis, & non tentes Deum neglectione  
mediorum cum adsunt, nec desperes cum non  
adsunt. Ut Iacob et si acceperat à Deo promissionis  
de uictu & uitæ sustentatione, & alijs bonis: Tam  
præsidijis à Deo ordinatis utitur, colit agros, emitt  
frumentum in Ægypto &c.

Est etiam exemplum prouidentiæ Dei, qua miti  
piorum de uictu prospicit, ut Psalmo 105. & ad Th  
moth. 4. dicitur.

I I .

**I**oseph durius alloquens fratres est imago Dei,  
qui et si ardet amore nostri, tamen peccatoribus, nisi  
eos serio de peccatis dolere & ueram pœnitentiam  
agere animaduertat, non statim ostendit faciem pa  
ternam: tam et si amorem paternum perpetuo rei  
net, ut Ose. 13. dicitur, Comiseratione caluit cor meum,  
commiseratione exarsit plenitudo mea, Non faciam  
furorem iræ meæ, Quia Deus ego & non homo.  
Sit licet in natos facies austera parentum,  
Æqua tamen semper mans est & amica uoluntas.

Forma

## III.

Forma iuramenti Ioseph recte intelligatur. Per salutem Pharaonis. Cum enim iuriandum sit invocatio Dei, ut sit testis, & inspector nostri sermonis, & sit uindex si fallamus, perspicuum est non esse per creaturas iurandum. Ideo & Christus ipse illicitos iurandi modos Matth. 5. prohibet. Etsi autem excusat aliqui formas iurandi per creaturas tanquam sponsiones quibus aliquid deponitur: Tamen fatendum est essentiam iuriandi esse invocationem ueri Dei, & imprecationem poenae diuinæ, & hec sponsiones tantum de ijs rebus fieri possunt, quæ nostræ sunt, & quas transferre possumus.

Porro quod Ioseph inquit: Per salutem Pharaonis, id hanc uim habet. Iuro per illum Deum, qui seruat & gubernat hoc imperium Pharaonis, et si fallo, tunc perdat Deus hoc imperium.

## III.I.

## DE MALA

## Conscientia.

MALA CONSCIENTIA est & iudicium mentis in nobis accusans & condemnans nos ipsos propter sceleratè facta, & horrendus cruciatus cordis ordine immutabili sclera sequens.

Vt frā

Vt fratres Ioseph inquiunt, Merito hec patimur,  
Quia peccauimus in fratrem nostrum. Et Carmen  
inquit.

Conscia mens ut cuiq; sua, ita concipit intra  
Pectora pro merito, spemq; metumq; suo.

Iuuenalis Satyri 13.

Quos duri conscientia facti.

Mens habet attonitos, et surdo uerbere cedit  
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Hortentur autem nos ad tuendam conscientiam  
integritatem hi Sex Loci, qui in Enarratione Pro  
uerbiorum recensentur.

1. Seuerissimum mandatum Dei, quod praecepit  
ne creatura rationalis contra conscientiam faciat  
hoc est, ne sciens Legem Dei uiulet.

2. Retentio fidei.

3. Facultas iuuocationis. Nam si cor nostrum non  
condemnat nos, fiduciam habemus quod exaudire  
mur a Deo.

4. Spes auxilij et protectionis diuinæ.

5. Tranquillitas cordis, quæ retinetur bona con-  
scientia et fide, οὐδὲ πόντως ἐν φραύνει μάζη  
δέρπωσε σωθόσ καθαρόμ, ut inquit Nazianzen-  
nus.

6. Mitigatio et liberatio in calamitatibus.

## V.

Vt felicitas liberorum singulare et eximum

Dominus

Dei donum est: Sic uicissim nullus est hominum acerbior cruciatus in uita, quam qui oritur ex calamitate & sceleribus natorum, qualis in hoc loco dolor Patriarchæ Iacob describitur.

## C A P V T X L I I I .

### L O C I   P R A E C I P V I .

#### I.

N O N sunt prætextu diuinarum promissionum accersenda mala non necessaria, sed utendum est medijs à Deo ordinatis cum adsunt. Sicut Iacob ad pollendam famem frumentum ex Ægypto adsericurat.

#### II.

In periculis inextricabilibus humano consilio cum omnibus præsidij usibilibus destituti sumus, non frangamur animo, nec desperemus. Sed ex Deo pendeamus, & tranquillis animis ab ipso auxilium & defensionem expectemus. Nam si omnibus questiis medijs, necesse est subire periculum, tunc aut mirando modo nos Deus liberabit, aut faciet aliquid melius, si fidem & spem non abiciemus. Sicut Mo-

ses